4, 5]. Tatsächlich verhält es sich so. Denn es beneidet nicht der Scythe den Ägypter, und nicht der Inder den Briten, sondern ein jeder ist eifersüchtig auf seine eigenen Volksgenossen und auf die Mitbewohner desselben Landes. Nicht irgendwelche Unbekannten beneidet man, sondern seine Nachbarn, seine Nächsten und Verwandten; und man ist auch eifersüchtig auf diejenigen, welche dieselbe Kunst ausüben, dasselbe Amt begleiten oder am selben Werk tätig sind. Die Krankheit der Eifersucht befällt manchmal auch einander nächstliegende Generationen und Blutsverwandte, und nicht selten geht sie hart heran bei Rechtsansprüchen sogar unter brüderlicher Verwandtschaft.

Quoniam quidem secundum Salomonis sermonem, "*Invidia viro ab amico suo est*" [Eccl 4, 5]. Vere enim ita se res habet. Non enim invidet Aegyptio Scytha, aut Britanno Indus aemulatur, sed unusquisque gentis suae hominibus et contribulibus invidet, et non ignotis quibus(cum)que, sed vicinis et proximis ac familiaribus suis, immo vero his qui vel artificii eiusdem vel officii eiusdem vel officii vel operis existunt. Armat etiam proximas aetates morbus invidiae nonnunquam, et propinquos sanguinis: atque inter ipsa saepe fraternae germanitatis iura grassatur.

Basilius (ca. 330-379), *Hom. de invidia* 4 (PG 31, 1757B)

41 Unsere größte Sicherheit und unsere Preiswürdigkeit ist dann gegeben, wenn wir nicht auf unseren eigenen Vorteil bedacht sind. Eben darum sind wir den Menschen und dem Teufel gegenüber so schwach und sind so leicht zu überwinden, weil wir gerade das Gegenteil davon suchen und uns nicht nicht gegenseitig schützen und wappnen mit der Liebe, die

gottgemäß ist, sondern uns nur andere freundschaftliche Beziehungen suchen; von der Verwandtschaft her, der Gewohnheit oder dem täglichen Umgang her, von der Nachbarschaft her, und aus jedem beliebigen anderen Motiv sind wir viel eher Freunde als aus Frömmigkeit. Und doch sollte sie allein die Freundschaften knüpfen. Nun geschieht aber gerade das Gegenteil davon; ja manchmal schließen wir eher mit Juden und Heiden Freundschaft, als mit den Kindern der Kirche.

Nostra quippe maxima fiducia, nostra laus est, si non nostra tantum curemus. Idcirco imbecilli et expugnatu faciles sumus et hominibus et diabolo, quia quod huic rei contrarium est quaerimus, non nos mutuo obtegimus et circummunimus per illam quae secundum Deum est caritatem; sed alios nobis quaerimus amicitiae obtentus, alii a cognatione, alii a consuetudine, alii a consortio, alii a vicinia: et quacumque alia de causa potius amici sumus, quam ex pietate, cum ex illa sola oporteat amicitias iungi; nunc contrarium evenit, Judaeis et gentibus aliquando sumus amici potius quam Ecclesiae filii.

Johannes Chrysostomus (344-407), *In Matthaeum*, Hom. 59, 5 (PG 57, 581).

42 Nun finden wir aber bei den meisten ganz andere Beweggründe zur Freundschaft; der eine liebt deshalb, weil er geliebt wird, der andere, weil er geehrt worden ist, ein dritter, weil ihm jemand in einer weltlichen Angelegenheit nützlich war, ein vierter aus einer anderen ähnlichen Ursache; kaum findet sich jedoch einer, der seinen Nächsten uneigennützig und, wie es sein sollte, um Christi willen liebt. Das Band, das die meisten untereinander verknüpft, sind eben irdische Rücksichten.

Beim hl. Paulus aber ging die Liebe nicht aus

solchen Beweggründen hervor; er liebte um Christi willen. Mochte ihm darum auch seine Liebe nicht in dem Maße, wie er liebte, erwidert werden, sie erkaltete trotzdem nicht, weil sie eben aus einer kräftigen Wurzel hervorging. Heutzutage ist es ganz anders geworden. Wenn wir genau zusehen, finden wir bei der Mehrzahl eher alle anderen Beweggründe der Liebe, als diese. Wäre es mir möglich, in einer so großen Menge von Menschen die Probe anzustellen, ich würde leicht den Beweis erbringen, daß die meisten nur durch weltliche Beziehungen miteinander verbunden sind. Das kann man deutlich erkennen, wenn man die Ursachen der Feindschaften ins Auge faßt. Weil ihre Freundschaft nur auf vergänglichen Verhältnissen fußt, darum ist sie weder innig noch beharrlich; ihre Liebe erstickt, sobald eine Beleidigung, Vermögensbeeinträchtigung, Neid, Eitelkeit oder dergleichen dazwischen tritt. Sie hat nämlich keine geistliche Verwurzelung gehabt. Wäre das der Fall gewesen, so hätten keinerlei weltliche Verhältnisse das geistliche Band sprengen können. Denn die Liebe um Christi willen ist fest, unzerreißbar, unzerstörbar; nichts ist imstande, sie zu ersticken, weder Verleumdungen, noch Gefahren, noch der Tod, noch sonst etwas Derartiges. Wer aus solchem Grunde liebt, könnte alles mögliche Ungemach erleiden, und würde doch nicht aufgeben, da er immer die Ursache seiner Liebe vor Augen hat. Denn wer nur liebt, weil er Gegenliebe findet, gibt die Liebe auf, sobald ihm etwas Unangenehmes widerfährt; wer aber durch ein übernatürliches Band verbunden ist, wird niemals untreu. Darum schreibt Paulus: "*Die Liebe versagt nie*" (1 Kor 13, 8).

Nunc autem plurimos videmus, qui alias amicitiae causas habent. Alius enim quia amatur amat; alius quia honoratus fuit; alius quia in aliquo saeculari negotio quispiam ei utilis fuit; alius ob aliam similem causam; at difficile est reperire quempiam qui proximum propter Christum ut oportet amet. Plurimi enim saecularibus negotiis mutuo vincti sunt. Verum non Paulus sic amabat, sed propter Christum; ideo quamvis non tantum amaretur quantum amabat, non dissolvit caritatem, quia validam amoris radicem iecerat. At nunc res non ita se habet: sed si omnia exploremus, apud multos inveniemus amicitiae causas longe diversas. Quod si quis mihi concederet in tanta multitudine rem examinare, ostenderem multos saecularibus de causis mutuo devinctos esse. Id quod etiam manifestum est ex iis quae inimiciarum causae sunt. Quia ex fluxis huiusmodi rebus mutuo devincti sunt, hinc fit ut nec ferventer, nec perpetuo vinciantur: sed vel contumelia, vel pecuniarum detrimentum, vel invidia, vel vanae gloriae amor, vel quid simile, si accidat, amicitiam solvit. Non enim spiritualem invenit radicem. Quae si talis esset, nulla saecularium rerum spiritualia solveret. Caritas enim ea, quae propter Christum est, firma, stabilis invictaque est, nihilque illam poterit avellere, non calumniae, non pericula, non mortes, non aliud quid simile. Etiamsi enim qui sic amat aerumnas mille pateretur, non desisteret, causam amoris sui semper ob oculos habens. Nam qui amat ut ametur, si quid ingratum viderit, solvit amorem: qui vero inde vinctus est, nunquam discedet. Ita Paulus dicebat: *Caritas nunquam excidit* (1 Cor 13, 8).

Johannes Chrysostomus (344-407), *In Matthaeum*, Hom. 60, 3 (PG 57, 587-588).

43 Die geistliche Liebe steht über jeder anderen; wie eine Königin, die über ihre Untergebenen herrscht, zeigt sie sich in erhabener Gestalt und Schönheit. Keine irdische Ursache bringt sie hervor wie jene, nicht geselliger Umgang, nicht Wohltaten, nicht Natur, nicht Geld; sondern von oben her kommt sie, aus dem Himmel herab. Und wie kannst du dich wundern, daß sie der Wohltat nicht bedarf zu

ihrem Beistand, da sie nicht einmal durch üble Behandlung erstickt wird? ... Denn nichts, nichts ist so stark als das Band des Geistes. Wer wegen empfangener Wohltaten Freund geworden ist, kann sich in einen Feind verwandeln, wenn man ihm nicht beständig Gefälligkeit erweist. Wer infolge vertrauten Umgangs unzertrennlich scheint, bricht den Umgang wieder ab und läßt die Freundschaft erkalten. Das Weib verläßt, wenn Zwistigkeiten ausbrechen, den Mann und verliert alle Liebe zu ihm. Der Sohn wird mißmutig, wenn der Vater zu lange lebt. Bei der geistlichen Liebe aber findet nichts von all dem statt: sie wird durch nichts dergleichen aufgehoben, weil sie auch nicht auf dergleichen beruht. Weder Zeit noch weite Entfernung, noch schlechte Behandlung, noch üble Nachrede, nicht Zorn, nicht Übermut noch sonst etwas findet bei ihr Eingang oder vermag sie aufzulösen. Und damit du das begreifst: Moses wäre vom Volke beinahe gesteinigt worden, und er betete für es. Welcher Vater hätte das für den Sohn getan, der ihn steinigen wollte, und ihn nicht statt dessen getötet?

Nach dieser Art von Freundschaft also, die vom Heiligen Geiste stammt, wollen wir streben - denn sie ist stark und unauflöslich -, nicht nach jener, wie sie bei der Tafel geschlossen wird. Ist es uns doch sogar verboten, Freunde dort einzuführen. Denn höre, was Christus im Evangelium spricht: "*Lade nicht deine Freunde noch deine Nachbarn ein, wenn du ein Gastmahl gibst, sondern die Lahmen und die Krüppel!*" [Lk 14, 12 f.]. Ganz recht; denn dafür wartet reicher Lohn. - Doch du bist nicht imstande

dazu, du kannst es nicht über dich bringen, mit Lahmen und Blinden zu speisen, sondern hältst das für widerwärtig und unausstehlich und magst nichts davon wissen? Das solltest du freilich nicht unterlassen; indes gibt es keinen Zwang es zu tun. Willst du sie nicht an deine Seite setzen, so lasse ihnen wenigstens die Speisen von deinem Tische zukommen. Wer nur Freunde einlädt, tut nichts Großes, er empfängt hier schon seinen Lohn; wer aber Krüppel und Arme einlädt, hat Gott zum Schuldner. - Seien wir darum nicht ungehalten, wenn wir hienieden den Lohn nicht empfangen, sondern vielmehr, wenn wir ihn hier schon empfangen haben; denn dann werden wir jenseits keinen mehr erhalten. Wenn der Mensch vergilt, vergilt Gott nicht; wenn jener nicht vergilt, dann wird Gott vergelten. Suchen wir also nicht denen wohlzutun, die uns die Wohltat erwidern können, und lassen wir uns bei unserm Wohltun nicht von solchen Gesichtspunkten leiten! Dies wäre eine frostige Gesinnung. Wenn du einen Freund einlädtst, dauert seine Dankbarkeit bis zum Abend. Deshalb ist eine solche Gelegenheitsfreundschaft schneller verbraucht als das dafür ausgelegte Geld. Wenn du jedoch Arme und Krüppel einlädtst, wird der Dank dafür nie aufhören; denn alsdann hast du Gott selbst zum Schuldner, der sich immerfort dessen erinnert und niemals darauf vergißt.

Dilectio autem spiritualis est omnium suprema, veluti quaedam regina, quae in suos dominatum obtinet, honestaque est specie pulchroque habitu; nihil enim terrestre eam parit sicut illam, non consuetudo, non beneficium, non natura, non aurum, sed a supernis descendit e caelo. Et quid miraris, si beneficio non eget ut consistat, cum ne si mali quidem quidquam accipiat evertatur? ...

Nihil est enim, nihil aequè validum, ut vinculum Spiritus. Qui enim quod sit beneficio affectus, evasit amicus; si hoc perpetuo non fiat, erit inimicus: qui ex consuetudine erat indivulsus, interrupta consuetudine exstinxit amicitiam. Mulier rursus, si fuerit lis ac dissensio, dimittit maritum et solvit amorem: filius, si diu viventem viderit patrem, aegre fert. In Spiritu autem eiusmodi nihil est: nullo enim horum solvitur, quoniam iisdem non constat; neque tempus, neque vitae longitudo, nec malum pati vel audire, non ira, non contumelia, neque quidquam aliud invadit, neque eam potest dissolvere. Et ut scias, lapidibus appetebatur Moses, et pro ipsis rogabat [Ex 17]. Quis pater hoc fecisset pro eo qui lapidibus appeteret, et non ipsum obruisset lapidibus? Has persequamur et quaeramus amicitias quae sunt ex Spiritu: sunt enim fortes et solutu difficiles; non eas quae ex mensis oriuntur: nam illas vetamur inducere. Audi enim Christum dicentem in Evangelio: "*Non invitaveris amicos tuos, neque vicinos tuos, si feceris convivium, sed claudos et mancos*" [Lc 14, 12, 13]; et merito: est enim magna pro his merces. At non potes, non sustines convivari cum claudis et caecis; sed existimas hoc esse grave et molestum, et recusas? Certe id vitare non oporteret, sed id facere non est necesse. Si non feceris eos tecum considerare, e mensa tua ad eos mitte cibum. Nam qui amicos invitat, nihil magnum facit; hic enim accepit mercedem suam: qui autem invitat mutilum et pauperem, habet Deum debitorem. Ne ergo aegre feramus quando non hic acceperimus, sed quando hic acceperimus; nam illic non accipiemus. Similiter, si homo reddiderit, Deus non reddit: si hic non reddet, tunc reddet Deus. Ne ergo illos quaeramus beneficio afficere qui possunt nobis reddere; neque hac spe eis benefaciamus: frigida est haec cogitatio. Si amicum invitaveris, ad vesperam usque est gratia: propterea temporanea haec amicitia citius solvitur, quam expensae diffluunt. Pauperem autem et mancum si invitaveris, numquam peribit gratia: Deum enim qui semper meminit, et numquam obliviscitur, habes ipsum debitorem.

Johannes Chrysostomus (344-407), *In ep. ad Col. comment.*, Hom. 1, 3 (PG 62, 303-304)

44 Denn wahre Freundschaft gibt es nur, wenn Du sie zwischen denen, die einander verbunden sind, befestigst, durch die Liebe, die

"ausgegossen ist in unseren Herzen durch den Heiligen Geist, der uns geschenkt worden ist" (Röm 5, 5).

... quia non est vera [amicitia], nisi cum eam tu agglutinas inter haerentes sibi caritate diffusa "in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis" [Rom 5, 5].

Augustinus (354-430), *Confessiones*, lib. 4, c. 4 (7) (CChr 27, 43; CSEL 23, 68-69)

45 Selig, wer Dich liebt und den Freund in Dir und den Feind um Deinetwillen! Denn allein der verliert keinen, der ihm lieb ist, dem alle lieb sind in dem, der unverlierbar ist. Und wer ist dies als unser Gott, der Gott, welcher Himmel und Erde gemacht hat und sie erfüllt, da er sie erschuf, indem er sie erfüllte?

Beatus qui amat te et amicum in te et inimicum propter te. Solus enim nullum carum amittit, cui omnes in illo cari sunt, qui non amittitur. Et quis est iste nisi Deus noster, Deus, qui fecit caelum et terram [cf. Gen 1, 1 2, 1;] et implet ea [cf. Jer 23, 24], quia implendo ea fecit ea?

Augustinus (354-430), *Confessiones*, lib. 4, c. 9 (14) (CChr 27, 47; CSEL 23, 75)

46 Was liebt die Seele am Freunde, wenn nicht seine Seele? Und so gibt es dabei dreierlei: Den Liebenden, das Geliebte und die Liebe selbst.

Quid amat animus in amico nisi animum? Et illic igitur tria sunt, amans et quod amatur et amor.

Augustinus (354-430), *De trinitate*, 8 c. 14 (CChr 50, 2 91)

47 Denn wenn ich weiß, daß ein Mensch von der Liebe Christi entzündet und mir durch sie ein

treuer Freund geworden ist, so vertraue ich, was immer ich ihm von meinen Absichten und Gedanken mitteile, nicht einem bloßen Menschen an, sondern demjenigen, in welchem er bleibt und durch den er das ist, was er ist. Denn "*Gott ist die Liebe, und wer in der Liebe bleibt, der bleibt in Gott, und Gott in ihm*" (1 Joh 4, 16). Wenn jemand diese verlassen hat, dann muß er ebensoviel Schmerz bereiten, als er vorher Freude geschenkt hat, solange er in ihr verblieb. Wer aus einem vertrauten Freund zu einem Feind geworden ist, mag sich lieber zurechtlegen, was er mit Schläue erdichten könne; nur darf er nichts finden, was er in seinem Zorne verraten könnte. Dahin kann es aber ein jeder leicht bringen, nicht indem er verbirgt, was er tut, sondern dadurch, daß er nicht tut, was er verschwiegen haben möchte. Die Barmherzigkeit Gottes gewährt den Guten und Frommen, daß sie alle als Freunde freien und zuverlässigen Umgang miteinander haben, daß sie fremde Sünden, die ihnen anvertraut wurden, nicht verraten, und selbst nichts tun, dessen Veröffentlichung sie zu scheuen hätten.

Cum enim hominem christiana caritate flagrantem, eaque mihi fidelem amicum factum esse sentio; quidquid ei consiliorum meorum cogitationumque committo, non homini committo, sed illi in quo manet, ut talis sit. "*Deus enim caritas est; et qui manet in caritate, in Deo manet, et Deus in eo*" (1 Joh 4, 16): quam si deseruerit, tantum faciat necesse est dolorem, quantum manens fecerat gaudium. Verumtamen ex amico intimo factus inimicus quaerat sibi potius quod fingat astutus; non inueniat quod prodat iratus. Hoc autem unusquisque facile assequitur, non occultando quod fecerit, sed non faciendo quod occultari velit. Quod misericordia Dei bonis piisque concedit, ut inter amicos quoslibet futuros, liberi securique versentur, aliena peccata

sibi commissa non prodant; quae prodi timeant, ipsi nulla committant.

Augustinus (354-430), *Ep.* 73 c. 2 n. 9 (PL 33, 250)

48 Da du mich so mit Lob überhäufst, wie werde ich dir nicht verpflichtet bleiben? Das würde mich nicht weiter kümmern, wenn ich wüßte, daß jenes, was du über mich zu mir gesagt hast, nicht aus aufrichtigster Liebe gesagt worden wäre, sondern aus Schmeichelei, die ja Feindin jeder Freundschaft ist.

Cum tu in me tantam laudem contuleris, quid nisi debitor remanebo? Quod non curarem, si ea quae de me ad me locutus es, non ex caritate sincerissima dicta scirem, sed adulatione inimica amicitiae.

Augustinus (354-430), *Ep.* 110, 2 (PL 33, 420)

49 Auch sind der Freundschaft nicht enge Grenzen zu ziehen; sie umfaßt vielmehr alle, denen man Liebe und Zuneigung schuldet, wenn man auch zu dem einen mehr, zu dem anderen weniger sich hingezogen fühlt; sie reicht sogar bis zu den Feinden, da uns befohlen ist, auch für sie zu beten. So gibt es niemanden im Menschengeschlechte, dem man nicht Liebe, wenn auch nicht als wechselseitige Zuneigung, so doch wegen der Gemeinsamkeit der Natur schuldig wäre. Aber an jenen haben wir mit Recht große Freude, von denen wir in heiliger und keuscher Weise wiedergeliebt werden. Besitzt man solche Freunde, so soll man beten, daß man sie behalte; besitzt man sie nicht, daß man sie erhalte.

Itemque amicitia non angustis finibus terminanda est:

omnes enim quibus amor et dilectio debetur, amplectitur, quamvis in alios propensius, in alios suspensius inclinetur: pervenit autem usque ad inimicos, pro quibus etiam orare praecipimur. Ita nemo est in genere humano cui non dilectio, etsi non pro mutua caritate, pro ipsa tamen communis naturae societate debeatur. Sed ii nos multum iusteque delectant, a quibus vicissim sancte casteque diligimur. Ista cum habentur, ut teneantur, cum autem non habentur, ut habentur, orandum est.

Augustinus (354-430), *Ep.* 130 (Probae viduae), c. 6-7, n. 13 (PL 33, 499)

50 Viel mehr aber freue ich mich darüber, zu erkennen, daß deine Seele bewegt wird von der Liebe zur Ewigkeit und Wahrheit und zur Sehnsucht nach der göttlichen Liebe selbst, nach jenem himmlischen Staat, dessen Herrscher Christus ist, und in dem allein man ewig selig leben soll, wenn man hier recht und fromm lebt; ich freue mich zu sehen, daß du ihm näher kommst und daß ich dich als einen umarmen kann, der danach brennt, ihn zu erreichen. Von daher entströmt auch wahre Freundschaft, die nicht an zeitlichen Vorteilen zu messen, sondern in selbstloser Liebe zu verstehen ist. Niemand kann wahrhaft jemandes Freund sein, der nicht zuinnerst ein Freund der Wahrheit selbst ist; und das kann auf keine Weise geschehen, wenn es nicht selbstlos geschieht.

... Multo vero amplius delector, quod animum tuum caritate aeternitatis et veritatis, atque ipsius caritatis affectum divinae illi coelestique reipublicae, cuius regnator est Christus, et in qua sola semper beateque vivendum est, si recte hic pieque vivatur, agnosco inhiantem, video propinquantem, eiusque potiundae amplector ardentem. Inde quippe manat etiam vera amicitia, non pensanda temporalibus commodis, sed gratuito amore putanda. Nemo enim potest veraciter amicus esse hominis, nisi fuerit

ipsius primitus veritatis: quod si gratis non fiat, nullo fieri pacto potest.

Augustinus (354-430), *Ep.* 155, 1 (PL 33, 666-667)

51 Immer aber schulde ich die Liebe; sie allein läßt immer Schuldner bleiben, auch wenn man gezahlt hat. Denn sie wird zurückgegeben, wenn man etwas dafür aufwendet; sie bleibt geschuldet, auch wenn sie zurückgegeben ist, denn es gibt keine Zeit, in der sie nicht aufgewandt werden soll. Sie wird auch nicht verloren, wenn sie gegeben wird, sondern vielmehr durch das Zurückgeben vervielfältigt; sie wird nämlich gegeben, indem man sie besitzt und nicht, indem man sie entbehrt. Und da sie nicht gegeben werden kann, wenn man sie nicht besitzt, kann man sie auch nicht haben, ohne sie zu geben; ja sie wächst im Menschen sogar, wenn sie vom Menschen geschenkt wird und wird um so mehr erworben, je mehr sie gegeben wird. Wie aber soll man den Freunden verweigern, was man auch den Feinden schuldet? ...

Die Liebe wird nicht so aufgewandt wie Geld. Abgesehen davon, daß jenes beim Aufwenden vermindert, diese aber vermehrt wird, unterscheiden sie sich auch darin, daß wir, wenn wir jemand Geld geben, dann wohlwollender sind, wenn wir nicht suchen, es zurückzubekommen; niemand aber kann wahrhaft Liebe geben, wenn er nicht ein gütiger Vollbringer ist; weil das Geld, wenn es genommen wird, dem zugutekommt, dem es gegeben wird und dem abgeht, von dem es gegeben wird; die Liebe aber wächst nicht nur

bei dem, der sie von dem, der sie liebt, verlangt, sogar wenn er sie nicht empfängt, sondern auch jener, von dem er sie empfängt, beginnt, zu besitzen, wenn er gibt. Deshalb, geehrter Bruder, bringe ich dir gegenseitige Liebe und empfangen sie voller Freude; die ich empfangen, wiederhole ich weiter; die ich gebe, schulde ich weiter. Denn wir müssen gelehrt von einem Herrn, bei dem wir Mitjünger sind, hören, der uns durch seine Apostel die Weisung gibt: "*Ihr schuldet niemand etwas, außer, daß ihr einander liebet*" (vgl. Röm 13, 8).

Semper autem debeo caritatem, quae sola etiam reddita semper detinet debitorem. Redditur enim, cum impenditur; debetur autem, etiamsi reddita fuerit, quia nullum est tempus, quando impendenda iam non sit. Nec, cum redditur, amittitur, sed potius reddendo multiplicatur; habendo enim redditur, non carendo. Et cum reddi non possit, nisi habeatur, nec haberi potest, nisi reddatur; immo etiam, cum redditur ab homine, crescit in homine et tanto maior adquiritur, quanto plurius redditur. Quo modo autem negatur amicis, quae debetur et inimicis? ...

Non ergo sic impenditur caritas ut pecunia. Excepto enim, quod illa impendendo minuitur, haec augetur, etiam illo inter se differunt, quod pecuniam cui dederimus, tunc ei benevolentiores erimus, si recipere non quaeramus, non autem potest esse verus caritatis inpensor, nisi fuerit benignus exactor, quoniam pecunia cum recipitur, accedit, cui datur, sed recedit, a quo datur, caritas vero non solum apud eum crescit, qui hanc ab eo, quem diligit, exigit, etiamsi non recipit, sed etiam ille, a quo eam recipit, tunc incipit habere, cum reddit. Proinde, domine frater, mutuam tibi caritatem libens reddo gaudensque recipio; quam recipio, adhuc repeto, quam reddo, adhuc debeo. Unum enim magistrum, apud quem condiscipuli sumus, per eius apostolum dociles audire debemus praecipientem ac dicentem: "*Nemini quicquam debeatis, nisi ut invicem diligatis*" [cf. Rom 13, 8].

Augustinus (354-430), *Ep.* 192 (CSEL 57, 166-167)

52 Wie sehr ich mich über dich freue - mit welchen Worten kann ich das ausdrücken? Wenn ich den, welchen ich schon lange irgendwie zum Freund hatte, nun zum wahren Freund habe! Es kommt nämlich noch die Übereinstimmung in den göttlichen Dingen hinzu, denn du, der du einst mit mir das zeitliche Leben in beglückender Liebenswürdigkeit teiltest, hast nunmehr begonnen, auch in der Hoffnung auf das ewige Leben bei mir zu sein. Nun aber wird es auch in den menschlichen Angelegenheiten unter uns keinerlei Uneinigkeit geben, da wir sie in der Betrachtung der göttlichen Dinge erwägen, um ihnen nicht mehr Bedeutung zuzumessen, als ihre Eigenart gerechterweise fordert, sie aber auch nicht irgendwie verächtlich wegwerfen und so ihrem Schöpfer, dem Herrn der himmlischen und irdischen Dinge Unrecht tun. So kommt es, daß unter Freunden, bei denen keine Übereinstimmung in den göttlichen Dingen herrscht, auch in den menschlichen Dingen keine volle und wahre Übereinstimmung herrschen kann. Wer nämlich das Göttliche verachtet, schätzt notwendigerweise auch das Menschliche anders ein, als es erforderlich ist; und wer den nicht liebt, der den Menschen gemacht hat, versteht es auch nicht, den Menschen recht zu lieben. Deshalb sage ich nicht, du seist mir jetzt voll und ganz Freund und früher nur zum Teil; sondern, wie die Begründung zeigt, warst du es nicht einmal teilweise, als du auch in den menschlichen Dingen keine wahre Freundschaft mit mir hattest. Denn du warst mir noch kein Gefährte im Göttlichen, aus dem allein das Menschliche

recht erwogen wird - sei es weil ich selbst noch nicht recht darin war, sei es auch, weil ich später diese Dinge irgendwie zu verkosten begann, vor denen du lange zurückschrecktest.

Nunc vero quantum de te gaudeo, quibus explicem verbis, quando eum quem quoquo modo habui diu amicum, habeo iam verum amicum? Accessit enim etiam rerum consensio divinarum, quoniam qui mecum temporalem vitam quondam iucundissima benignitate duxisti, nunc spe vitae aeterno mecum esse coepisti. Modo vero etiam de rebus humanis inter nos nulla dissensio est, qui eas rerum divinarum cognitione pensamus, ne plus eis tribuamus, quam modus earum iustissime postulat; nec eas in aliquo contemptu abiiciendo, creatori earum domino rerum coelestium atque terrestrium faciamus iniuriam. Ita fit, ut inter quos amicos non est rerum consensio divinarum, nec humanarum plena esse possit et vera. Necesse est enim, ut aliter quam oportet humana aestimet qui divina contemnit, nec hominem recte diligere noverit quisquis eum non diligit qui hominem fecit. Proinde non dico, nunc mihi plenius amicus es, qui eras ex parte; sed quantum ratio indicat, nec ex parte eras, quando nec in rebus humanis mecum amicitiam veram tenebas. Rerum quippe divinarum, ex quibus recte humana pensantur, socius mihi nondum eras; sive quando nec ipse in eis eram, sive posteaquam ego eas utcumque sapere coepi, a quibus tu longe abhorrebas.

Augustinus (354-430), *Ep.* 258, 2 (PL 33, 1072)

53 Derjenige liebt wahrhaft seinen Freund, der Gott im Freunde liebt, entweder, weil er in ihm ist, oder damit er in ihm sei. Das ist wahre Liebe; wenn wir wegen etwas anderem lieben, ist es eher hassen als lieben.

Ille enim veraciter amat amicum, qui Deum amat in amico, aut quia est in illo, aut ut sit in illo. Haec est vera dilectio; propter aliud si nos diligimus, odimus potius quam diligimus.

Augustinus (354-430), *Sermo* 336, 2 (PL 38, 1472)

54 "*Selig sind die Friedfertigen; denn sie werden Kinder Gottes genannt werden!*" (Mt 5, 9). Nicht jeder Einmütigkeit, nicht jeder Eintracht, Geliebteste, kommt diese Seligkeit zu, sondern nur derjenigen, von welcher der Apostel sagt: "*Haltet Frieden mit Gott!*" (Rom 5, 1; 2 Cor 13, 11), und von der es beim Propheten David heißt: "*Reich an Frieden sind, die dein Gesetz lieben, und es gibt für sie keinen Anstoß*" (Ps 119 (118), 165). Einen solchen Frieden können selbst die engsten Freundschaftsbande, selbst die völlige Übereinstimmung der Herzen nicht wirklich für sich beanspruchen, wenn sie nicht mit Gottes Willen in Einklang stehen. Außerhalb der Würde dieses Friedens gibt es nur Übereinstimmung in schlechten Begierden, Bündnisse des Verbrechens und Pakte des Lasters.

"Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur" (Mt 5, 9). Beatitudo ista, dilectissimi, non cuiuslibet consensionis, nec qualiscumque concordiae est, sed illius de qua dicit Apostolus: "*Pacem habete ad Deum*" (Rom 5, 1; 2 Cor 13, 11): et de qua dicit propheta David: "*Pax multa diligentibus legem tuam, et non est illis scandalum*" (Ps 119 (118), 165). Hanc pacem etiam arctissima amicitiarum vincula, et indiscretae similitudines animorum non veraciter sibi vindicant, si non cum Dei voluntate concordant. Extra dignitatem huius pacis sunt improbarum parilitates cupiditatum, foedera scelerum et pacta vitiorum.

Leo Magnus (-461), *Sermo* 95 c. 9 (PL 54, 465 C)

55 Die Freundschaft macht sowohl eine günstige Situation angenehmer, als auch eine widrige erträglicher und leichter durch die Gemeinschaft. Denn solange man in der Bedrängnis mit dem

Trost des Freundes verbunden ist, wird der Mut nicht gebrochen und man läßt seinen Zusammenbruch nicht zu.

Amicitia et prosperas res dulciores facit, et adversas communiōne temperat levioresque reddit. Quia dum in tribulatione amici consolatio adiungitur, nec frangitur animus, nec cadere patitur.

Isidorus Hispalensis (ca. 560-633), *De summo bono*, Sent., lib. 3 c. 28 n. 4 (PL 83, 702B)

56 Man liebt den Freund erst dann wirklich, wenn man ihn nicht seinetwegen, sondern um Gottes willen liebt. Wer jedoch den Freund nur seiner selbst wegen liebt, umarmt ihn auf törichte Weise. Tief ist gesunken in der Welt, wer einen Menschen, der einmal sterben wird, mehr liebt, als es sich gehört. Wer nämlich den Freund unmäßig liebt, liebt ihn mehr für sich als für Gott. Je mehr also derjenige gut ist, der den Bruder um Gottes willen liebt, desto mehr ist der verderblich, der ihn um seiner selbst willen umfängt.

Tunc vero amicus amatur, si non pro se, sed pro Deo ametur. Qui vero pro se amicum diligit, insipienter eum amplectitur. Multum in terra demersus est, qui carnaliter hominem moriturum plus diligit quam oportet. Qui enim intemperanter amicum amat, pro se magis illum quam pro Deo amat. Quantum ergo bonus est, qui pro Deo fratrem diligit, tanto perniciosus, qui eum pro seipso amplectitur.

Isidorus Hispalensis (ca. 560-633), *De summo bono*, Sent., lib. 3 c. 28 n. 5 (PL 83, 702BC)

57 St)Eine zuverlässige Freundschaft wird durch keine Gewalt gelöst und zu keiner Zeit zerstört;

denn wohin auch immer die Geschehnisse sich wenden, s_ie bleibt fest.

Selten sind Freunde, die einem bis zum Ende lieb bleiben. Denn entweder die Widrigkeit der Zeitumstände oder irgendeine Unstimmigkeit im Handeln entfremdet viele von der Liebe.

Amicitia certa nulla vi excluditur, nullo tempore aboletur, ubicumque enim se verterit tempus, illa firma est.

Rari sunt amici qui usque ad finem existant cari. Multos a caritate aut adversitas temporis, aut contentio quaelibet actionis avertit.

Isidorus Hispalensis (ca. 560-633), *De summo bono*, Sent., lib. 3 c. 29 n. 4-5 (PL 83, 703AB)

58 In der Freundschaft sind diejenigen nicht treu, die ein Geschenk und nicht die Dankbarkeit verbindet. Denn schnell verlassen sie einander, wenn sie nicht immer empfangen. Diejenige Liebe nämlich, die durch ein Geschenk aufrechterhalten wird, löst sich auf, sobald dasselbe entzogen wird. Diejenige ist echte Freundschaft, die nichts aus dem Eigenen des Freundes nichts sucht, es sei den allein das Wohlwollen, so daß sie den Geliebten uneigenützig liebt.

Non sunt fideles in amicitia, quos munus, non gratia copulat. Nam cito deserunt, nisi semper acceperint. Dilectio enim quae munere glutinatur eodem suspenso dissolvitur. Illa vera est amicitia, quae nihil quaerit ex rebus amici, nisi solam benevolentiam, scilicet ut gratis amet amantem.

Isidorus Hispalensis (ca. 560-633), *De summo bono*, Sent., lib. 3 c. 30 n. 2 (PL 83, 703B)

59 Freundschaft halten darf man nur in guten

Dingen; denn diejenigen, welche sie im Schlechten pflegen, sind füreinander nicht Freunde, sondern Feinde.

Amicitia in rebus tantum bonis habenda est; nam qui ea in malo utuntur, non sibi amici, sed inimici existunt.

Isidorus Hispalensis (ca. 560-633), *De summo bono*, Sent., lib. 3 c. 31 n. 1 (PL 83, 703C)

60 Ferner wird der Freund Schützer der Liebe genannt - manche sagen lieber "*Schützer des Herzens*". Denn mein Freund muß eine gegenseitige Liebe, ja mein und sein Herz beschützen, alle Geheimnisse getreulich schweigend behüten, alle Fehler, die ihm nicht verborgen bleiben, ertragen und nach Kräften bessern, sich freuen mit dem Fröhlichen, weinen mit dem Weinenden, und fühlen als seine Sache, was des Freundes ist. Freundschaft ist demnach die Tugend, die zwei Seelen durch das Band der Liebe und des Wohlgefallens so fest verknüpft, daß aus beiden eine wird. Deshalb haben auch die Weltweisen die Freundschaft nicht als Erscheinung des Lebens, die zufällig und hinfällig sind, bezeichnet, sondern als Tugend, eine von den Tugenden, die ewig währen. Mit ihnen stimmt Salomon im Buch der Sprüche überein, wenn er sagt: "*Allzeit hegt Liebe der Freund.*" Offensichtlich erklärt er, daß Freundschaft ewig ist, wenn sie eine wahre ist; wenn sie aufhört, war sie nicht echt, auch als es so schien.

Porro amicus quasi amoris, vel ut quibusdam placuit ipsius "*animi custos*" [Isidorus Hispalensis, *Ethymologiae*, 10, 5] dicitur; quoniam amicum meum amoris mutui, vel

ipsius animi mei oportet esse custodem, ut omnia eius secreta fideli silentio servet, quidquid in ea vitiosum viderit pro viribus curet et toleret; cui et gaudenti congaudeat, et dolenti condoleat, et omnia sua esse sentiat, quae amici sunt. Amicitia igitur ipsa virtus est qua talis dilectionis ea dulcedinis foedere ipsi animi copulantur, et efficiuntur "*unum de pluribus*" [Cicero, *De amicitia*, 92; 81;;; Aelredus Rievallensis Abbas, *Speculum caritatis*, 3, 39; Bernardus Claraevallensis, Ep. 53]. Unde ipsam amicitiam non inter fortuita vel caduca, sed inter ipsas virtutes quae aeternae sunt, etiam mundi huius philosophi collocarunt [Cicero, *De amicitia*, 32]. Quibus Salomon in Proverbiis consentire videntur: "*Omni*", inquit, "*tempore diligit qui amicus est*" [Prov 17, 17]; manifeste declarans amicitiam aeternam esse, si vera est; si autem esse desierit, nec veram fuisse cum videretur existere.

Aelredus Rievallensis Abbas (ca. 1110-1167), *De spiritali amicitia*, l. 1, nn. 20-21 (PL 195, 663; übers. von Rh. Haacke, *Über die geistliche Freundschaft*, Trier, 1978, S. 10-11)

61 Welch ein Segen, wenn man Leid gemeinsam trägt, wenn man sich füreinander müht, und Lasten füreinander auf sich nimmt, füreinander sich zu vergessen, den Willen des anderen dem seinigen vorziehen, der Not des anderen mehr abhelfen als der seinigen, dem Unglück sich entgegenwerfen, sich ihm aussetzen! Wie selig ist es zu teilen, jedwedes miteinander planen, prüfen und in allen Stücken eines Sinnes werden! Hinzukommt, daß Freunde für einander beten, daß jeder seines Freundes gedenkend wirksamer betet, weil man mit viel tieferer Liebe sich bei Gott für ihn verwendet. Und er betet unter Tränen, weinend aus Sorge, aus Zuneigung, aus Schmerz um den Freund. Für seinen Freund bittet er Christus und will erhört werden von Christus nur um des Freundes willen; ihn erhört Christus gern und

umso lieber. Unvermerkt geht Liebe in Liebe über, und wenn er die Süßigkeit Christi gleichsam nahe berührt, empfindet er, wie *süß und mild der Heiland* ist. Die heilige Liebe, die den Freund umarmt, führt hinauf zu jener seligen Liebe, die uns Christus in die Arme schließen läßt. Dann genießt man in vollen Zügen diese geistigste aller Früchte der heiligen Freundschaft, erwartend die volle Seligkeit. Dann ist alle Furcht vertrieben, die uns jetzt erfüllt, und alles Leid ist überwunden, das wir nun füreinander tragen müssen. Mit dem Tod ist dann der Stachel des Todes vernichtet, dessen Gift uns so sehr quält, wenn wir um Freunde weinen; dann erhalten wir den sicheren Besitz und die ewige Freude des höchsten Gutes. Im Himmel wird die Freundschaft, die wir hier auf Erden nur wenigen schenken können, auf alle übertragen und von allen wiederum Gott zurückgeschenkt, denn Gott ist alles in allem.

Quam utile tunc dolere pro invicem, laborare pro invicem, onera sua portare invicem, cum unusquisque pro altero semetipsum negligere dulce habet; alterius voluntatem suae praeferre, illius necessitati magis quam suae ipsius occurrere; adversis semet opponere et exponere. Interea quam dulce habent conferre invicem, sua studia mutuo patefacere, simul examinare omnia, et de omnibus in unam convenire sententiam. Accedit et pro invicem oratio, quae in amici memoria tanto efficacius, quanto affectuosius ad Deum emittitur, profluentibus lacrimis, quas vel timor excutit, vel affectus elicit, vel dolor educit. Ita pro amico orans Christum, et pro amico volens exaudiri a Christo, ipsum diligenter et desideranter intendit: cum subito et insensibiliter aliquando affectus in affectum transiens, et quasi e vicino ipsius Christi dulcedinem tangens, incipit "*gustare quam dulcis est*" [Ps 34 (33), 9], et "*sentire quam suavis est*" [Ps 100 (99), 5] [cf. Aelredus, *De Jesu puero*, l. 1, n. 8; Gualterus Daniel, *Centum sententiae* 79 - Sacris erudiri 11, p. 344-346, ed. C. H. Talbot]. Ita a sancto illo

amore quo amplectitur amicum, ad illum conscendens, quo amplectitur Christum; spiritalem amicitiae fructum pleno laetus ore carpebit; plenitudinem omnium expectans in futurum; quando timore sublato quo nunc pro invicem metuimus, et solliciti sumus, omni adversitate depulsa, quam oportet nunc ut pro invicem sustineamus, mortis insuper aculeo cum ipsa morte destructo, cuius nunc punctationibus plerumque fatigati, necesse est ut pro invicem doleamus, securitate concepta, de summi illius boni aeternitate gaudebimus; cum haec amicitia ad quam hic paucos admittimus, transfundetur in omnes, et ab omnibus refundetur in Deum, cum "Deus" fuerit "omnia in omnibus" [1 Cor 15, 28].

Aelredus Rievallensis Abbas (ca. 1110-1167), *De spirituali amicitia*, l. 3, n. 132-134 (PL 195, 701-702; übers. von Rh. Haacke, Über die geistliche Freundschaft, Trier, 1978, S. 108-111)

62 Hier sind wir beide, ich und du, und ich hoffe, als dritter ist Christus bei uns.

Ecce ego et tu, et spero quod tertius inter nos Christus sit.

Aelredus Rievallensis Abbas (ca. 1110-1167), *De spirituali amicitia*, l. 1, n. 1 (PL 195, 661; übers. von Rh. Haacke, Über die geistliche Freundschaft, Trier, 1978, S. 6-7)

63 Ganz einsam aber ist, wer ohne Freund. Jedoch, welches Glück, welche Geborgenheit, welche Seligkeit, wenn jemand dir zuhört, zu dem zu sprechen du wagen darfst, als sprächest du zu dir selbst! Dem du ohne Furcht bekennt, was du gefehlt hast - dem du ohne Erröten dein Inneres offenlegst, wenn du meinst, daß dir Fortschritte gelungen seien - dem du alle Herzensgeheimnisse anvertrauen,

alle Pläne sorglos aufdecken kannst. Was gibt es herrlicheres als Herz mit Herz zu verbinden, aus zweien eins zu machen, ohne Überhebung, ohne Argwohn befürchten zu müssen? Dann tut Zurechtweisung nicht weh, das Lob ist echt und niemals Schmeichelei. Der Weise sagt: "*Ein Lebensbalsam ist ein treuer Freund*" [Sir 6, 16]. Nichts wahrer als das! So kräftig und wirksam und heilend ist für Körperwunden keine Arznei, als jemanden haben, der da uns mitleidig hilft in jedem Leid, und jede Freude treu mit uns teilt. Schulter an Schulter tragen sie, wie der Apostel sagt, "*einer des anderen Last*" [Gal 6, 2]. Es sei denn, daß jeder die eigene Unbill leichter trägt als die des Freundes. Freundschaft läßt das Glück heller strahlen, das Leid aber teilt sie, teilt sie miteinander, läßt es leichter tragen. Demnach ist es wirklich wahr: "*Ein Lebensbalsam ist ein treuer Freund*". Selbst die Philosophen der Heiden wußten es: Weder Wasser noch Feuer brauchen wir allerorts so sehr wie den Freund [Cicero, De amicitia, 22]. In jedwedem Tun und Streben, in der Gewißheit wie im Zweifel, in jedem Ereignis und in jeglicher Lage, daheim ebenso wie in der Öffentlichkeit, in jeder Verlegenheit ist die Freundschaft eine Wohltat, der Freund dein Helfer, seine Liebe ein Segen. Freunde, sagt Tullius, sind sich nahe, wenn sie getrennt sind, sind reich, auch wenn sie arm sind, sind hilfsbereit, auch wenn sie krank sind, ja, was unmöglich zu sein scheint, leben, auch wenn sie gestorben sind [Cicero, De amicitia, 23]. Freundschaft empfinden die Reichen als Ehre, die Verbannten als Heimat, die Armen als ihr Auskommen, die Kranken als Arznei, die Toten als Leben, die Gesunden als Geschenk, die

Schwachen als Kraft, die Starken als Preis und Zierde. Den Freunden folgt soviel Ehre, Erinnerung, Lob und Heimweh nach, daß ihr Leben lobenswert, ihr Streben selig gepriesen wird. Und was mehr als all dieses gilt: Die Freundschaft ist eine gewisse hohe Stufe, ganz nahe der Vollkommenheit, die in der Gottes- und Nächstenliebe besteht. Durch sie wird der Mensch aus einem Menschenfreund zum Gottesfreund, gemäß dem Wort des Heilands im Evangelium: "Ich nenne euch nicht mehr Knechte, sondern meine Freunde" [Joh 15, 15].

Solus omnino est, qui sine amico est. At quae felicitas, quae securitas, quae iucunditas habere "*cum quo aequae audeas loqui ut tibi*" [Cicero, *De amicitia*, 22]; cui confiteri non timeas si quid deliqueris, cui non erubescas revelare in spiritalibus si quid profeceris; cui cordis tui omnia secreta committas, et commendes consilia? Quid igitur iucundius, quam ita unire animum animo, et "*unum efficere e duobus*" [Ambrosius, *De officiis ministrorum*, 3, 134], ut nulla iactantia timeatur, nulla formidetur suspicio, nec correptus alter ab altero doleat; nec laudantem alter alterum adulationis notet vel arguat? "*Amicus*", ait Sapiens, "*medicamentum vitae est*" [Eccli 6, 16]. Praeclare quidem id. Non enim validior vel efficacior vel praestantior est vulneribus nostris in omnibus temporalibus medicina, quam habere qui omni incommodo occurrat compatiens, omni commodo occurrat congratulans; ut secundum Apostolum, iunctis humeris, *onera invicem tolerant* [cf. Gal 6, 2]; nisi quod unusquisque propriam levius quam amici portat iniuriam. Amicitia ergo "*secundas res splendiores facit, adversas partiens, communicansque leviores*" [Cicero, *De amicitia*, 22]. Optimum ergo "*vitae medicamentum amicus*". Nam ut ethnicis etiam placuit, "*non aqua, non igni pluribus locis utimur quam amico*" [ibid.]. In omni actu, in omni studio, in certis, in dubiis, in quolibet eventu, in fortuna qualibet, in secreto et publico, in omni consultatione, domi forisque, ubique amicitia grata, amicus necessarius, utilis gratia reperitur. Quo circa amici, ut ait Tullius, et "*absentes adsunt*" sibi, "*et egentes abundant, et imbecilles valent; et, quod difficile dictu est, mortui vivunt*" [Cicero, *De amicitia*, 23; Hieronymus, Ep. 8, 1; Bernardus, Ep. 53; 65, 2;]. Igitur amicitia divitibus pro gloria, exsulis pro patria, pauperibus pro

censu, aegrotis pro medicina, mortuis pro vita, sanis pro gratia, imbecillibus pro virtute, robustis est pro praemio. "Tantus" enim amicos "honos, memoria", laus "desiderium-que prosequitur" [Cicero, *De amicitia*, 23], ut et eorum vita laudabilis, et mors pretiosa iudicetur [cf. Ps 116 (115), 15]. Et quod his omnibus excellit, quidam gradus est amicitia vicinus perfectioni, quae in Dei dilectione et cognitione consistit; ut homo ex amico hominis Dei efficiatur amicus, secundum illud Salvatoris in Evangelio: "Iam non dicam vos servos, sed amicos meos" [Joh 15, 15].

Aelredus Rievallensis Abbas (ca. 1110-1167), *De spirituali amicitia*, l. 2, nn. 11-14 (PL 195, 671; übers. von Rh. Haacke, *Über die geistliche Freundschaft*, Trier, 1978, S. 30-33)

64 Das ist die Freundschaft der sinnlichen Menschen, gang und gebe unter jungen Leuten. ... Streicht man die Kindereien und Eitelkeiten und läßt man nichts Unehmbares zu, mag die Hoffnung auf spätere Besserung sie erträglich machen. Anzeichen für eine heilige Freundschaft sollten wir anerkennen, wenn das Glaubensbewußtsein und der geistige Eifer wachsen, wenn die Gesetztheit des reiferen Alters und die bessere Einsicht sich einstellen, wenn die Sinnesneigungen geläutert sind, dann entwickelt sich die Freundschaft wie von selbst zu einer höheren, zur Vollendung hin. Gestern sagten wir, daß die Freundschaft unter Menschen gleichsam die Anlage mitbringt, leicht zur Gottesfreundschaft emporgeführt zu werden. Doch es ist hohe Zeit, auf die Pflege der Freundschaft zu sprechen zu kommen. Das Fundament, das der Freundschaft ihre Festigkeit und Dauer verleiht, ist die Treue. Ohne Treue kein Bestand. Einfachen Herzens, umgänglich, zustimmungsbereit, gleichgesinnt, - so müssen Freunde sein. Das alles gehört zur

